

perspeximus : ita ordo⁵⁵ questionis dirimendus videtur, ut in primis⁵⁴ quidem de statu Alexandri quaeratur : ita ut si liberum cum esse adhibita audientia deprehenderit, praescriptionis ei obijcienda facias⁵⁵ potestatem. Sin vero eundem esse servum⁵⁶ cognoveris, remotis praescriptionis impedimentis, in adulterum crimen protinus debet inquirere : ac si eum detectum in eo flagitio esse perspexeris, poenam decernere quam in adulterii crimen legum sanctio statuit. — Dat. 5 kalend. septembr. AA. COSSS.

27. *Idem*, AA. et CC. Phaebo.

Commisum antea adulterium cum eo cui se postea nuptiis sociavit, velamento matrimonii non extinguatur. — P. P. 18 kal. Januar. CC. COSSS.

28. *Idem*, AA. et CC. Concordio procons. Numidiae.

Ita nobis cordi pudor est, ut removeamus prisca juris ambages, et constituamus in adulterii questione, abolitis de medio caeteris praescriptionibus, praeter quinquennii⁵⁷ temporis, et lenocinii⁵⁸ quod marito obijciatur, exceptionem, illam etiam quae post solum prius matrimonium ante denunciationem⁵⁹ nuptiae competit, fidem criminis nosci. Indignum est enim, ut ultionem pudoris praestigia versuti juris excludant. — P. P. kalend. Jun. Tusco et ANULINO COSS. 298.

29. Imp. CONSTANTINUS A. Africano.

Quae adulterium commisit, utrum domina caupone, an ministra fuerit, requiri debet, et ita obsequio famulata servili⁶⁰, ut plerumque ipsa intemperantiae vina praebuerit : ut si⁶¹ domina tabernae fuerit, non sit a vinculis juris excepta : si vero potantibus ministerium⁶² praebuerit, pro vitiate ejus, quae in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi, qui accusantur, abscedant : cum ab his feminis pudicitiae ratio requiratur, quae juris nexibus detinentur, et *matrifamilias*⁶³ nomen obtinent. Haec autem immunes a judiciaria severitate, et stupri et adulterii praestentur, quas vitae vilittas dignas legum observatione non credit. Superscripta. — Dat. 3 non. febr. *Heracliae*, CONSTANTINO A. 7 et CONSTANTIO CC. COSSS. 326.

30. *Idem*, A. ad Evagrium.

Quamvis adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur : tamen ne volentibus temere liceat federe connubia, proximis necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, necnon patrio, et avunculo, quos verus do'or ad accusationem impellit. Sed etiam his personis legem imponimus, ut crimen abolitione⁶⁴ (si voluerint) compescant. In primis⁶⁵ maritum genialis tori vindicem esse oportet : cui quidem et ex suspitione⁶⁶ ream conjugem facere licet : vel eam, si tantum suspicatur, poenas se retinere non prohibetur : nec inscriptionis⁶⁷ vinculo contineri, cum jure mariti accusaret, veteres retro principes annuerunt. Extraneos autem procul arceri ab accusatione censemus : nam etsi omne genus accusationis necessitas inscriptionis adstringat, nonnulli tamen proterve id faciunt, et falsis contumeliis matrimonium deformant. — § 1. Sacrilegos autem nuptiarum gladio⁶⁸ puniri oportet. — P. P. *Nicomediae*, 7 kal. Maji, CONSTANTINO A. 7 et CONSTANTIO CC. [4] COSS. 326.

In AUTHENT. ut nulli jud., § Si vero quando, col. 9, tit. 17, al. 9, Novell. 154, cap. 10.

Sed hodie⁶⁹ adultera verberata in monasterium mittatur : quam intra biennium vivo recipere licet. Biennium transacto, vel viro, priusquam reduceret rem, morituro : adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi dum vivit, permaneat duabus partibus propriae substantiae liberis si habeat applicatis, tertia monasterio. Sed si liberos non habet, parentibus exantibus, hujusmodi iniquitati non consentientibus, tertia pars applicabitur : duae monasterio ; quibus praedictis non extantibus, omnis ejus substantia monasterio quaeretur, pactis dotium instrumentorum in omni casu viro servandis.

In AUTHENT. ut lic. ma. et aviae, § His quoque, col. 8, tit. ult., Novell. 117, cap. 15.

Si quis ei, quem suspectum habet de sua uxore, ter in scriptis denuntiaverit sub praesentia trium testium fide dignorum, et post inveniit eum convenientem uxori suae in domo sua, vel uxoris, vel adulteri, vel in popinis, aut in suburbanis : sine periculo eum perimat⁷⁰. Si alibi inveniatur, tribus testibus convocatis tradat eum iudici : qui nulla alia ratione quaesita habet puniendi licentiam. Si tamen in sacro oratorio colloqui inveniatur, post tres ut dictum est, denunciations :

53. L. 1, supr. de ord. cognit. : L. 1, supr. de offic. rect. provinc. — 54. L. 8, infr. ad leg. Feb. — 55. *Inno vide* L. 2, § 7, D. h. t. — 56. L. 5, L. 12, § 3, D. de accusat. — 57. L. 8, supr. h. t. — 58. L. 2, § 4, D. cod. : L. 59, in fin. : L. 47, D. soluto matrim. — 59. L. 14, supr. h. t. — 60. L. 32, supr. cod. — 61. *Adde* L. 47, D. de ritu nupt. — 62. d. L. 25. — 63. L. 46, § 2, D. de verb. sign. — 64. L. 2, in fin. infr. de aboliti. — 65. L. 2, § 8 : L. 14, § 2 : L. 11, § 2 : D. L. 7, supr. h. t. — 66. L. 2, supr. cod. — 67. N. 117, c. 8. — 68. L. 9, supr. h. t. : L. 18,

licet marito utrasque personas defensori ecclesiae tradere, aut aliis clericis, ut ad eorum periculum divisim isti serventur, donec iudex cognoscens hoc, mittat episcopo civitatis, quaenus ei isti tradantur, ut debeat subire tormentum, ut nunciatur per eum ad praesidem provinciae, qui secundum leges poenam imponet legitimam.

31. Imp. CONSTANTINUS et CONSTANS AA. ad populum.

Cum⁷¹ vir nubit, in feminam viris porrecturam, quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est id, quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quaeritur, nec videtur, jubemus insurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquisitis poenis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei. — P. P. *Romae*, 17 kal. Jan. CONSTANTINO et CONSTANTIO CC. 4 COSSS.

32. Imp. GRAT., VAL., THEOD. et ARCAD. AAAA. Cyregio P. P.

In adulterii questione ab omni⁷² familia non solum mariti, sed etiam uxoris, (quae⁷³ tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicitur admissum) quaerendum est sine defensione⁷⁴ cujusquam. — Dat. 5 id. decembr. *Constantinopoli*, ARCADIO A. 1 et BAUDONE COSSS. 585.

33. Imp. THEOD., ARCAD. et HONOR. AAA. Rufino P. P.

Adulterii accusatione proposita, praescriptiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quae occurrere, atque perstrepere examini consueverunt, jussimus sequestrari, nec earum⁷⁵ obice aliquid negotio tarditatis afferri : sed accusatione fundata, hoc est, cum constiterit quo jure, id est, maritane, an extranei, (quoque) tempore accusatio fuerit intromissa : discutitur crimen, facti qualitas publicetur : cum et jurgia, quae magnitudine superantur, et civilis actio criminali jure postponatur, idem tamen, cum competere coeperit, habituri momenti, dummodo non obsit [huic] examini. — Dat. 7 id. decembr. *Constantinop.*, ARCADIO A. 2 et RUFINO COSSS. 593.

34. *Idem*, AAA. Rufino P. P.

Si qui adulterii fuerint accusati, et obtenta proximitatis⁷⁵ intentata depulerint, per commemorationem necessitudinis crimini fidem derogando, dum existimatur non debere credi, quod allegatur, vel non potuisse committi : hi, si postmodum in nuptias, consortiumque convenerint, facinus illud [in] quo fuerint accusati, manifesta fide, atque indicibus⁷⁶ evidentibus publicabunt. Unde si qui ejusmodi reperi fuerint, jussimus in eosdem severissime vindicari, et velut convictum facinus, confessumque puniri. — Dat. 2 non. decembr. *Constantinop.*, TEROLOGIO A. 3 et ABUNDANTIO COSSS. 595.

35. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Palladio P. P.

Si mulier repudii oblatione sine ulla legitima causa a se dati discesserit, ne viduitatem stupri proccacitate commaculet : accusationem repudiato marito jure deferimus. — Dat. 12 kalend. Mart. *Ravennae*, EUSTACHIO et AGRICOLA COSSS. 421.

36. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Libertatem servorum, qui ad dominium pertinent uxoris, vel mariti, vel parentum eorum : repudii missio propter suspicionem criminis adulterii, legum conditores intra duorum⁷⁷ mensium spatium post missionem repudii dinumerandum suspendi definiunt, propter tormentorum questionem (si opus exegerit) eis imponendam. Si vero uxor [tua] matrimonio sub praefato modo dissoluto, rebus humanis exempta fuerit : nihil de tempore quousque servos eos, propter memoratam causam permanere debeat, adjiciunt. Nobis vero necessarium esse videtur, certum tempus etiam in hoc casu statuere propter dotis questionem, utrum in lucro marito cedat, an hereditas mulieris restituitur. Sancimus itaque duos [etiam] menses post mortem mulieris servari, ut intra eos ante dicti servi⁷⁸ permaneat, et facultatem maritus habeat probationes adulterii per eos prestare. Transacto vero memorato tempore licentiam habere heredem mulieris libertatem eis imponere : nisi per culpam ejus maritus prohibitus fuerit causam adulterii, tempore videlicet imminente, exercere. — Dat. 3 kal. novemb. *Constantinop.*, post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. anno secundo 552.

37.*

Adulteris verberatis, et tonsis nares absceduntur. Nuncii vero et impii hujusce facinoris administri, verberati, et tonsi in perpetuum relegantur.

supr. de transact. : § 4, Inst. de publ. judic. : L. 5, D. de quest. Auth. prox. infr. h. t. — 69. L. 5, D. de quest. : *adde* N. 154, c. 10. — 70. N. 117, c. 15. — 71. *Adde* N. 77 et 144. — 72. L. 5, supr. h. t. : L. 27, § 6, D. cod. : L. 8, § 6, supr. de repudiis. — 73. L. 12, § 1, D. qui et a quib. — 74. L. 27, D. rer. amot. — 75. L. 19, supr. de episcop. — 76. L. ult. supr. d. probat. — 77. L. 3, supr. h. t. — 78. L. 12, in fin. D. qui et a quib. manusmiss.

TIT. X.

SI QUIS EAM, CUJUS TUTOR FUERIT, CORRUPERIT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum vicar. Italiae.

Si tutor pupillam quondam suam violata castitate stupraverit, deportationi subijgetur : atque universae ejus facultates fisci juribus vindicentur, quamvis eam poenam debuisset sustinere, quam raptori leges imponunt. — Dat. prid. non. april. *Aquil.*, CONSTANTINO A. 7 et CONSTANTIO C. COSSS. 526.

TIT. XI.

DE MULIERIBUS, QUAE SE PROPRIIS SERVIS JUNGUNT.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad populum.

Si qua cum servo [suo] occulte rem habere detegitur, capitali sententiae subijgetur : tradendo ignibus verberone⁴. Si quae omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia nunciandi, sit etiam servo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur. Filii etiam, quos ex hac conjunctione habuerint, exuti omnibus dignitatis insignibus, in puda maneat libertate : neque per se, neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis accepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato, vel filii, si erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur, vel ei, quem ratio juris admittit. Id autem et quod ille, qui condemnatus est, et quod ex eo suscepti filii quolibet casu in sua videantur habuisse substantia, mulieris dominio sociatum, a memoratis successoribus vindicetur. — Dat. 4 kal. Jun. *Serdicae*, CONSTANTINO A. 7 et CONSTANTIO C. COSSS. 526.

TIT. XII.

AD LEGEM JULIAM DE VI PUBLICA, VEL PRIVATA.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Pelitia.

Ob⁴ debitum viri, vel civile munus, res uxoris, qui pignori capiunt, vim contrahere videntur. — Dat. kal. Julii *Romae*, ANTONINO A. 2 et GETA 2 COSSS. 206.

2. Imp. ANTONINUS A. Vero.

Tutoris tui lege Julia de vi privata dammati, si tertia⁵ pars bonorum fisco vindicata est, tutelae actionem pro ea portione adversus⁶ fiscum dirige : modo si nulla praescriptio locum habeat. Nam successio pro oneribus portiois suae respondet. — P. P. 15 kal. Mart. ANTONINO A. 4 et BALBINO COSSS. 214.

3. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Bianori.

Si confidis sponsam filii [tui] raptam esse, vel filium tuum inclusum⁷ : instituere solenni more legis Juliae de vi accusationem apud praesidem provinciae non prohiberi. — P. P. 8 kal. Maji *Veronae*, AA. COSSS.

4. *Idem*, AA. et CC. Liberatio.

Si criminis accusationem propter res a servo raptas intentandam putaveris, non contra dominum, sed contra eum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. Sed quoniam a Fiscinulo etiam te verberibus afflictum adseveras : si hominibus coactis⁸ hoc fecerit, de hoc etiam, si legis Juliae de vi privata reum defendendum putaveris, apud praesidem provinciae age, non ignarus, quemadmodum criminibus probatis res vindicari debeat. — S. 17 kal. Jul. *Sirmii*, AA. COSSS.

5. *Idem*, AA. et CC. Oploni.

In⁹ possessionem fundi licet creditor per vim ingrediatur, Juliae legis vis privatae reus deferri potest. — S. 6 id. decembr. *Nicomediae*, CC. COSSS.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Catulinum proconsulem Africae.

Quoniam multa facinora sub uno *violentiae* nomine continentur, cum aliis vim inferre certantibus, aliis cum indignatione resistentibus, verbera caedesque crebro deteguntur admisso : placuit, si forte quis, vel ex possidentis¹⁰ parte, vel ex ejus, qui possessionem temere tentaverit, interemptus sit : in eum supplicium exerceri, qui vim facere tentaverit,

TIT. X. — 1. N. Leon. 34, *adde* L. 7, D. ad leg. Jul. de adult. — 2. L. 3, supr. comm. de manusmiss. — 3. L. 3, supr. de nuptiis. — 4. L. 6, supr. de serv. fugitiv. — 5. L. 1, § 2, D. de vi et vi. — 6. Lib. 48, D. 7, et § 8, Inst. de publ. jud. — 7. L. 48, D. 8. — 8. L. 1, § 1, L. 2, supr. de tutor. pro marito : L. 24, D. de don. inter vir. — 9. L. 1, D. ad leg. Jul. de vi priv. — 10. L. 3, Inst. de publ. jud. — 6. L. 1, supr. de fidejussorib. : L. 1, D. ad leg. Jul. de vi priv. — 7. L. 5, L. 6, D. ad leg. Jul. de vi priv. — 8. L. 10, § 1, D. d. t. : L. 4, D. ad leg. Jul. de vi priv. — 9. L. 6, L. 7, verba quod si omnia, infr. h. t. : L. ult. D. ad leg.

et alterutri parti causam malorum praebuerit : et non jam relegatione, aut deportatione insulae plectatur, sed supplicium capitale¹¹ excipiat, nec interposita provocatione sententiam, quae in eum fuerit dicta, suspendat. — Dat. 15 kal. Maji *Serdicae*, GALLICANO et BASO COSSS. 517.

7. *Idem*, A. ad Bassum P. U.

Si quis ad se fundum, vel quodcumque aliud asserit pertinere, ac restitutionem sibi competere possessionis putat : [aut] civiliter¹² super¹³ possidendo agat, aut impleta solennitate juris crimen violentiae opponat : non ignarus, eam¹⁴ [se] sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit comprobare, quam reus debet excipere. Quod si¹⁵ omnia interpellatione vim possidentis intulerit, ante¹⁶ omnia violentiae causam examinari praecipimus, et in ea requiri, quis ad quem pervenerit possidentem : ut ei, quem constiterit expulsum, amissa possessionis jura reparentur : cademque protinus restituta, [si criminalis questio agitur,] violentus poenae non immerito destinatus in totius litis terminum differatur : ut agiatio negotio¹⁷ principali, si contra eum fuerit iudicatum, in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. — P. P. prid. non. octobr. *Romae*, CONSTANTINO A. 5 et LICINIO COSSS. 519.

8. Imp. VALENT., THEOD. et ARCAD. AAA. ad Albinum P. U.

Servos¹⁸, qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propria docebuntur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio delictos luere perpetrata censemus. Quod si illi meta atque exhortatione dominorum violentiam admisserint, palam est secundum legem Juliam dominum infamem pronunciatum, loci ac originis propriae dignitate¹⁹ non uti : servos vero, quos furoribus talibus permisit constiterit, metallo post sententiam deli. — § 1. Viles autem, infamesque personae, et hi, qui bis aut saepius²⁰ violentiam perpetratae convinctur, constitutionum divalium poena teneantur. — § 2. Judicem vero nosse oportet, quod gravi infamia sit notandus, si violentiae crimen apud se probatum distulerit, seu omiserit, vel impunita donaverit, aut molliorem quam praestitimus poenam protulerit. — Dat. prid. non. Mart. *Mediolan.*, VALENTIN. A. 4 et NEOTHEO COSSS. 590.

9. Imp. HONOR. et THEOD. AA. Aureliano P. P.

Crimen non dissimile est rapere, et ei, qui rapuit, raptam [rem] scientem delictum servare²¹. — Dat. 5 non. Mart. HONOR. 10 et THEOD. 6 AA. COSSS. 415.

10. Imp. LEO et ANTHEMIUS AA. Nicostro P. P.

Omnibus per civitates et agros habendi Buccellarios, vel Isauros, armatosque servos²² licentiam volumus esse praclusam. Quod si quis praeter haec, quae nostra mansuetudo salubriter ordinavit, armata mancipia, seu Buccellarios, aut Isauros in suis praediis, aut juxta se habere tentaverit, post exactam centum librarum auri condemnationem, vindictam in eos severissimam proferri sancimus. Viri quoque clariss. provinciarum rectores in speculis esse debebant, ne quis audeat haec statuta nostrae mansuetudinis in aliquo violare : scientes, quod ex dissimulatione, dignitatis et administrationis cingulo privabuntur, et post centum librarum auri multam, salutis vitaeque suae periculum sustinebunt : primitibus videlicet apparitionis suae personis praeter amissionem fortunarum suarum capitali quoque supplicio feriendis. — Dat. 5 kal. septembr. ANTHEMIO A. 2 COSS. 468.

TIT. XIII.

DE RAPTU VIRGINUM, SEU VIDUARUM, NECNON SANCTIMONIALIUM.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Hermogeni magistro officii.

Raptores virginum² honestarum, vel ingenuarum, sive jam desponsatae fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum foeminarum, licet libertinae, vel servae alienae sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus : et maxime, si³ Deo fuerint virgines, vel viduae dedicate : quod non solum ad injuriam hominum, sed etiam ad ipsius omnipotentis Dei irreverentiam committitur : maxime cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit. Et merito mortis damnatur supplicio : cum nec ac homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, ut hi, qui hujusmodi crimen commiserint, et qui eis

Jul. de vi privata : *adde* L. 5, supr. unde vi. — 10. L. 5, supr. h. t. — 11. § 8, Inst. de publ. judic. — 12. L. 4, supr. unde vi : L. un. infr. quando civil. act. : L. 1, § 2, D. de vi et vi arm. — 13. L. 5, supr. h. t. — 14. L. 17, supr. de accusat. — 15. L. 8, supr. h. t. — 16. L. 57, D. de judic. : L. 1, supr. de appell. — 17. L. 10, supr. de judic. — 18. *Adde* L. 157, D. de reg. jur. — 19. L. 1, D. ad leg. Jul. de vi priv. — 20. L. 25, § 3, D. de poenis. — 21. L. 1, D. de receptatorib. — 22. L. 3, pr. ad leg. Jul. de vi publ. — 23. L. 4, supr. de notalib. : § 8, Inst. de publ. judic. — 24. L. 5, § 2, D. ad leg. Jul. de vi publ. — 25. L. 5, supr. de episcopis.

TIT. XIV.

DE EMENDATIONE SERVORUM 1.

1. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum.

Si virgis aut loris dominus servum afflixerit, aut custodiae causa in vincula conjecerit: dierum distinctione sive interpretatione depulsa, nulum criminis metum servo mortuo sustineat. Nec vero immoderate suo jure utatur: sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ictu fustis aut lapidis caeciderit: vel certe telo usus, lethale vulnus inflixerit, aut suspendi laqueo preceperit, vel jussione tetra precipitandum esse mandaverit, aut veneni virus infuderit, vel dilaniaverit penis publicis corpus, ferarum unguibus latera persecando, vel exurendo oblatis ignibus membra, aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes, prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam relinquere saevitia immanium Barbarorum. — Dat. 5 id. Maji Romae, CONSTANTINO A. et LICINIO COSS. 512.

TIT. XV.

DE EMENDATIONE PROPINQUORUM.

1. Imp. VALENT. et VALENS AA. ad Senatam.

In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem: ut quos ad vitae decora, domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina compellat: neque nos in puniendis minorum vitii potestatem in immensum extendi volumus, sed jure patrio auctoritas corrigat propinqui juvenis erratum, et privata animadversione compescat. Quod si atrocitas facti jus domesticae emendationis excedat, placet enormis delicti reos dedi judicium notioni. — Dat. prid. kal. april. VALENTINIANO et VALENTE AA. COSS. 365.

TIT. XVI.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS 1.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano, et aliis militibus.

Frater vester rectius fecerit, si se praesidi provinciae obtulerit. Qui si probaverit non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissa homicidii poena, secundum disciplinam militarem sententiam proferet: crimen enim contrahitur, si et voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea quae ex improviso casu potius quam fraude accidit, fato plerumque non noxae imputantur. — P. P. 2 kal. febr. LETO 2 et CEREALE COSS. 216.

2. Imp. GORDIANUS A. Quintiano.

Is, qui aggressorem vel quemcumque alium in dubio vitae discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet. — P. P. 3 non. april. ARIANO et PAPPO COSS. 244.

3. Idem, A. Quintiano.

Si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defensor propriae salutis in nullo peccasse videtur.

4. Imp. GALLIENUS A. Monatio.

Si (ut allegas) latrocinantem peremisti: dubium non est, eum qui inferenda caedis voluntate praecesserat jure caesum videri. — P. P. 3 kal. febr. VALENTIANO et LICINIO COSS. 266.

Liceat cuilibet aggressorem nocturnum in agris, vel obsidentem vias, atque insidiantem praetereuntibus, impune occidere, etiamsi miles sit: melius namque est his occurrere, et mederi, quam injuria accepta vindictam perquirere.

5. Exemplum sacrarum literarum DIOCLETI. et MAXIM. AA. et CC. Agatho.

Eum, qui adseverat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio praebita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspitione, quam ex admissa rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari. — Dat. 7 kal. decemb. SIRMII, ipsis AA. 4 et 5 COSS. 290.

6. Idem, AA. et CC. ad Agotium.

Si quis te reum legis Corneliae de sicariis fecerit, innocentia s' pur-

Pomp. de parricid. : l. 2, D. ad leg. Corn. de sicariis. Tit. XVI. — 1. Lib. 48, D. 8. — 2. L. 8, infr. de injur. — 3. L. 53, D. de furtis. — 4. Adde l. 5, infr. h. t. — 5. L. 3, l. 4, infr. eod. : l. 4, l. 5, D. ad leg. Aquil. — 6. L. 2, l. 3, supr. h. t. — 7. L. 2, supr. eod. : l. 1, supr. quando liceat unicuique sine jud. — 8. L. 6, supr. de procurator.

auxilium invasionis tempore praebuerint: ubi inventi fuerint in ipsa rapina, et adhuc flagrante crimine comprehensi, et a parentibus virginum, vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet feminarum, aut earum consanguineis, aut [a] tutoribus, vel curatoribus, vel patronis, vel dominis convicti interficiantur. Quae multo magis contra eos obtinere sanimus, qui nuptas mulieres ausi sunt rapere: quia duplici tenentur crimine, tam adulterii [scilicet] quam rapinae: et oportet acerbius adulterii crimen ex hac adjectione puniri. Quibus connumeramus etiam eum, qui saltem sponsam suam per vim rapere ausus fuerit. Sin autem post commissum tam detestabile crimen, aut potentatu raptor se defendere, aut fuga evadere potuerit: in hac quidem regia urbe tam viri excelsi praefecti praetorio, quam vir gloriosissimus praefectus urbi: in provinciis autem tam viri eminentissimi praefecti praetorio per Illyricum et Africam, quam magistri militum per diversas nostri orbis regiones, necnon vir spectabilis praefectus Aegypti, et comes Orientis, et vicarii, et proconsules, et nihilominus omnes viri spectabiles et duces, et viri clarissimi rectores provinciarum, necnon alii cujuslibet ordinis iudices, qui in illis locis inventi fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, et comprehensos in tali crimine, post legitimas et juri cognitatas probationes sine fori praescriptione durissimis poenis afficiant, et mortis condemnatione supplicio. Quibus, et si appellare voluerint, nullam damus licentiam, secundum antiquae Constantinianae legis definitionem.

§ 1. Et si quidem ancillae, vel libertinae sint, quae rapinam passae sunt, raptorem tantummodo supra dicta poena plectentur: substantiis eorum nullam deminutionem passuris. Sin autem in ingenuam personam tale facinus perpetretur, etiam omnes res mobiles seu etiam immobiles, et se moventes, tam raptorum, quam eorum [sodalium, comitum, vel sequentium,] qui eis auxilium praebuerint, ad dominium raptorum mulierum liberarum transferantur providentia iudicium, et cura parentum earum, vel maritorum, vel tutorum seu curalorum. Et si non nuptae mulieres alii cuilibet praeter raptorem legitime conjunguntur, in dotem mulierum liberarum easdem res, vel quantas ex his voluerint, procedere: sive maritum nolentes accipere, in sua pudicitia manere voluerint, pleno dominio eis sancimus applicari: nemine iudice, vel alia quacunque persona hoc audente contemnere. Nec sit facultas raptae virgini vel viduae, vel cuilibet mulieri raptorem suum sibi maritum exposcere, sed cui parentes voluerint (excepto raptore) eam legitimo copulente matrimonio: quoniam nullo modo, nulloque tempore datur a nostra serenitate licentia eis consentire, qui hostili more in nostra republica matrimonia student sibi conjungere. Oportet etenim, ut quicumque uxorem ducere voluerit, sive ingenuam, sive libertinam: secundum nostras leges, et antiquam consuetudinem, parentes, vel alios, quos decet pelat, ut cum eorum voluntate fiat legitimum conjugium. — § 2. Poenas autem, quas praediximus, id est, mortis, et bonorum amissionis, non tantum adversus raptorem, sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa invasione, et rapina fuerint, constituimus: ceteros autem omnes, qui conscii, et ministri hujusmodi criminis reperti, et convicti fuerint, vel qui eos susceperint, vel quicumque opem eis tulerint, sive masculi, sive feminae sint, cujuscumque conditionis, vel gradus, vel dignitatis, poenae tantummodo capitali subijcimus, ut huic poenae omnes subiaceant, sive volentibus sive nolentibus virginibus, sive aliis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum. Si enim ipsi raptorem metu, vel atrocitate poenae ab hujusmodi facinore se temperaverint, nulli mulieri sive volenti, sive nolenti peccandi locus relinquatur: quia hoc ipsum velle mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducit. Nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenierit, non faciet eam velle in tantum dedecus sese proderere: parentibus (quorum maxime vindictae intererat) si patientiam praebuerint, ad dolorem remiserint, deportatione plectendis. — § 3. Sed et si quis inter haec ministeria servilis conditionis fuerit comprehensus, citra sexus discretionem eum concremari jubemus: cum hoc etiam Constantiniana lege recte fuerit prospectum. Omnibus legis Juliae capitulis, quae de raptu virginum, vel viduarum, sive sanctimonialium, sive in antiquis legum libris, sive in sacris constitutionibus posita sunt, de cetero abolitis, ut haec tantummodo lex in hoc capite pro omnibus sufficiat, quam de sanctimonialibus etiam virginibus, et viduis locum habere sancimus. — Dat. 15 kal. decemb. Constantinop., DN. JUSTINIANO A. P. P. 2 COSS. 328.

4. Adde l. 1, supr. ubi de criminibus. — 5. Adde l. 24, vers. bona autem, supr. de episcopis; N. 143, et N. 144, ubi de veris: et si non, infr. h. t. — 6. N. Leon. 70. — 7. L. 5, l. 24, supr. de episcopis. Tit. XIV. — 1. L. 2, D. 2, Inst. de his qui sui: l. 1, 2, 8, D. de offic. prof. urb. Tit. XV. — 1. L. 16, 2, D. de poenis: l. 5, supr. de patr. potest.; N. Leon. 105. — 2. N. 147, c. 14. — 3. L. 5, in fin.; l. 6, D. ad leg. Aquil.; l. 7, 2, D. de injur.: l. 4, D. ad leg.

gari crimen, non adulta aetate defendi convenit. — S. 6 kal. novembr. Romae, CC. COSS.

7. Idem, AA. et CC. Philisco.

Is, qui cum telo ambulaverit hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, vel cujus dolo malo factum erit commissum; legis Corneliae de sicariis poena coercetur. — S. 7 kal. Januar. NICOMEDIAE, CC. COSS.

8. Imp. VALENT., VALENS et GRATIAN. AAA. ad Probum P. P.

Si quis necandi infantis piaculum aggressus, aggressave sit: sciat se capitali supplicio esse puniendum. — P. P. 7 februar. Romae, GRATIANO A. 5 et GRATIANO COSS. 374.

9. Imp. GRAT., VALENTIN., THEOD. et ARCAD. AAAA. Cynegio P. P.

Si forte mulier marito mortis parasse insidias, vel quovis alio genere voluntatem occidendi habuisse inveniat, vel si forte maritus eodem modo insectetur uxorem: in eadem questione ab omni familia non solum mariti, sed etiam uxoris suae (quae tamen tunc temporis domi fuerit,) quaerendum est, sine cujusquam defensione. — Dat. id. decemb. ARCAD. A. 1 et BAUTONE COSS. 385.

TIT. XVII.

DE HIS, QUI PARENTES, VEL LIBEROS OCCIDERUNT.

1. Imp. CONSTANTIN. A. ad Verinum vicarium Africae.

Si quis parentis, aut filii, aut omnino adfectionis ejus, quae nuncupatione parricidii continetur, fata propperaverit: sive clam, sive palam id enisus fuerit, [poena parricidii puniatur:] et neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii solenni poenae subijgetur, sed insutus culeo [cum cane et gallo gallinae, et vipera, et simia,] et inter eas ferales angustias comprehensus, serpentium contuberniis miscetur: et ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in anem projiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, et ei caelum superstiti, terra mortuo auferatur. — Dat. 11 kalend. decembr. LICINIO 5 et CRISPO COSS. 348. [Accep. prid. id. Mart. Carthagine, CONSTANT. A. 5 et LICINIO C. COSS.] 319.

TIT. XVIII.

DE MALEFICIS 1 ET MATHEMATICIS 2, ET CAETERIS SIMILIBUS 3.

1. Imp. ANTONINUS A. Titio.

Plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio. — P. P. sine die et consule.

2. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Tiberio.

Artem geometriae discere atque exercere publice interest. Ars autem mathematica damnavilis est et interdicta omnino. — S. 13 kal. septemb. SIRMII, CC. COSS.

3. Imp. CONSTANTIN. A. ad Maxim.

Nullus aruspex, [nullus sacerdos, nullus eorum, qui huic ritui ad solent ministrare, ad] limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed hujusmodi hominum amicitia (quamvis vetus) repellatur: concremando illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit: et illo in insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum advocaverit, suasionibus, vel praemiis. Accusatore autem hujusmodi criminis, non delatore esse, sed dignum magis praemio arbitramur. — P. P. kal. febr. Romae, CONSTANTINO A. 5 et LICINIO C. COSS. 312.

4. Idem, A. et C. ad Bassum P. V.

Eorum est scientia punienda, et severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra 7, salutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse deteguntur. Nullis vero criminalibus implicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus, aut in agris locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisque lapidatione quaterentur: quibus non cujusquam salus, aut aestimatio laederetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera, et labores hominum sternerentur. — Dat. 10 kal. Jun. Aquileiae, CRISPO et CONSTANTINO C. COSS. 321.

9. L. 1, supr. si advers. delictum; l. 7, infr. de poenis; l. 15, 28, D. ad leg. Jul. de adult.; l. 27, 2, l. 1, D. de minor. — 10. L. 1, pr. D. h. t.; 2, 5, Inst. de publ. judic.; l. 5, 2, D. ad leg. Jul. de vi publ.; l. 16, 2, 8, D. de poen. Tit. XVII. — 1. Lib. 48, D. 9; adde l. 8, 2, 6, supr. de repudiis. — 2. Adde 2, 6, Inst. de publ. jud. — 3. L. 9, D. h. t. et d. 2, 6. Tit. XVIII. — 1. L. 4, l. 5, vers. Chaldaei; l. 7, infr. h. t. — 2. L. 2, infr. eod.; l. 10, supr. de episc. eod. — 3. L. 1, infr. h. t. — 4. L. 3, D. ad leg. Corn. de sicariis. — 5. L. 5, infr. h. t. — 6. d. l. 5, vers. Chaldaei; l. 6, l. 7, infr. eod. — 7. Adde d. l. 7. — 8. L. 38, 2, 5.

5. Imp. CONSTANTINUS A. et JULIANUS C. ad populum.

Nemo aruspice 10 consulat, aut mathematicum 11, nemo ariolum 12. Augurum 13 et vatium prava confessio conticescat. Chaldaei, ac magi, et caeteri, quos maleficos, ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo divinandum 14 curiositas. Etenim supplicio capitis ferietur gladio ultore prostratus, quicumque jussis [nostris] obsequium denegaverit. — Dat. 8 kal. febr. Mediolani, CONSTANTINO A. 9 et JULIANO C. COSS. 357.

6. Idem, A. et C. ad populum.

Multi magicis artibus usi, elementa turbare, vitam 15 insonantium labefactare non dubitant, et manibus accitis audent, ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos: hos, quoniam naturae peregrini sunt, feralis pestis absumat. — Dat. prid. non. decemb. Mediol., CONSTANTINO A. 9 et JULIANO 2 COSS. 357.

7. Idem, A. et C. ad Taurum P. P.

Etsi excepta tormentis sunt corpora honoribus praedictorum, praeter illa videlicet crimina, quae legibus demonstrantur: etsi omnes magi 16 in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt: quoniam tamen, qui in comitatu nostro sunt, ipsam pulsant propemodum majestatem: si quis magis, vel magicis carminibus adsuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut aruspex, aut ariolum, aut certe augur, vel mathematicus, aut enarrandis somniis occultans artem aliquam divinandi, aut certe aliquid horum simile exercens, in comitatu meo vel Caesaris fuerit deprehensus, praesidio [dignitatis exutus] cruciatus et tormenta non fugiat. Si [vero] convictus fuerit, et ad proprium facinus detegentibus repugnaverit, pernegando: sit euleo deditus, unguibus sulcatis latera, perferat poenas proprio dignas facinore. — Dat. 3 non. Julii Arimini, TITIANO et CEREALE COSS. 358.

8. Imp. VALENTIN. et VALENS AA. ad Modestum P. P.

Culpa similis est, [tam] prohibita discere 17, quam docere. — Dat. prid. id. decemb. Constantinop., VALENTINIANO et VALENTE AA. COSS. 368.

9. Imp. VALENT., THEODOS. et ARCAD. AAA. Albino P. P.

Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit, deprehenderit, occupaverit, illico ad publicum pertrahat, et iudicium oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus, [id est, aurigis,] seu ex quolibet alio genere hominum, contra hoc interdictum venire tentaverit, aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum malefice artis oppresserit: ultimum supplicium non evadat, geminae suspitionis obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum, et debita subtraxerit questioni: aut proprium fortassis inimicum sub hujusmodi vindictae nomine consilio atrociori confecerit. — Dat. 17 kal. septembr. Romae, TIMASIO et PROMOTO COSS. 389.

TIT. XIX.

DE SEPULCHRO VIOLATO.

1. Imp. GORDIANUS A. Zenoni.

Res religioni destinatas, quinimo jam religionis effectas, scientes, qui contigerint, et emere 2, et distrahere non dubitaverint: tametsi jure venditio non subsistat, laesae tamen religionis inciderunt in crimen. — P. P. 5 kal. Mart., SABINO 2 et VENUSTO COSS. 241.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Tatianum P. U.

Si servus 3 in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus, si id sine domini scientia faciat, metallo addicatur: sin vero domini auctoritate, vel jussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum aliquid de sepulchro ad domum ejus villamque provecum reperitur: villa, sive domus, aut aedificium quodcumque erit, fisci juribus vindicetur. — Dat. 7 id. Jul., ACYNDINO et PROCLUSO COSS. 340.

3. Idem, A. ad Limenium P. P.

Si quis sepulchrum violaturus attigerit, locorum iudices, si hoc vindicare neglexerint: non minus quam viginti librarum auri, in sepulchrorum-violatores statuta poena multentur: ut eam largitionibus nostris inferre cogantur. — Dat. 5 kal. april., LIMENIO et CATULINO COSS. 349.

D. de poenis. — 9. L. 1, 2, 5, in fin. D. de extraord. cogn. — 10. L. 3, supr. h. t. — 11. L. 2, in fin. supr. eod. — 12. Adde l. 7, infr. eod. — 13. Adde d. l. 7. — 14. l. 15, 2, 13, D. de injur. — 15. L. 4, ibi, aut contra salutem, supr. h. t.; l. 15, pr. D. de injur. — 16. Adde l. 4, l. 5, l. 6, supr. h. t. — 17. l. 2, pr.; l. 6, 2, 1, supr. de haeret.; l. 10, supr. de episc.; ante l. 4, 2, 1, D. famil. erisc. Tit. XIX. — 1. Lib. 47, D. 12; adde N. Leon. 96. — 2. L. 21, supr. de S. S. eccles.; 2, 8 Inst. de rer. divis. — 3. Fac. l. 5, 2, 11, D. h. t.